


EMBLEMA CXVI.

Non nimium fidendum.

CXVI.

Vt noceat, sat quisque potens.

Nescio quam facilis vis est, & prompta nocendi:

Tam nullum nihil est, quin queat esse nocens:

Quam paruum est animal, quam scorpio noxius ictu!

At sine conspectu vulneris iste necat.

Quis ausit sæuos tutò irritare crabrones?

At nullum in toto corpore pondus habent:

Bestia sed tamen est vix vlla molestior vllis:

Atque homini, & magnis pestis amara feris.

Os adigunt stimulis grandes ad funera tauros,

Illorum rostris concidit altus equus;

Non